2
(9)
14

Sala 5
Gab. —
Est. 56
Tab. 7
N.º 2

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
Biblioteca Geral
1301500904

OPTIMO

PATRVO . SVO

CAIETANO . IOSEPHO . GONÇALVES . DA . SILVA

CARISSIMO . QVE

FRATRI . SVO

IOSEPHO . GONÇALVES . DA . CVNHA . MENDES

IN

PVBLICVM . AC . PERPETVVM

GRATI . DEVINCTI . QVE . ANIMI

MONVMENTVM

D.

ANTONIVS . GONÇALVES . DA . SILVA . E . CVNHA

b24534237

THESES
EX
UNIVERSA MEDICINA
DECERPTAE,

QUAS

PRÆSIDE

CLARISSIMO AC SAPIENTISSIMO

D. D. Joanne Lopes de Moraes,

THERAPEUTICAE MEDICAE
PROFESSORE P. O.,
APHORISMORUM INTERPRETE,
CAET., CAET., CAET.,

IN

GYMNASIO ACADEMIAE CONIMBRICENSIS

Integra hujus mensis *die*

PROPUGNANDAS OFFERT

Antonius Gonçalves da Silva e Cunha.

Inaugurali Dissertationi

ex

SAPIENTISSIMI AMPLISSIMIQUE

MEDICORUM SENATUS

Decreto

ARGUMENTUM PRAEBET:

Numquid verum discrimen inter nervos sensus ac motus quoad originem, fines, textum ac dispositionem?

Aliud etiam genus, respiratorium dictum, a quadam tantum vertebralis medullae parte?

Ex Anatome Humana et Comparata.

I.

TElam cellularem, organizationis fundamentum, a cellulis, laminis ac fibris esse constructam contra Mekel sustinebimus.

II.

Nervi ex fibris constructi; sed fibrae inter se sejunctae.

III.

Ubique vasa circulatoria et secretoria; sed cum arteriis secretoria directe non communicantur.

IV.

Sanguinem homogeneum esse fluidum impugnamus;

V.

Itidem chylum ac lympham.

VI.

Musculare systema in musculos vitae animalis aut organicae merito dividitur; quod uniquique inter se certe differunt.

VII.

Fibrae muscularis color a sanguine immediate non pendet.

VIII.

Nervorum centra in vertebratis animantibus sunt quae in nervorum systemate minus variant.

IX.

Organa in animantibus infimos scalae animalis gradus occupantibus valde confusa.

Ex Physiologia, Hygieina, Arte Obstetricia, et Operationibus Chirurgicis.

I.

Vitale principium in sua natura incomprehensibile, in sua actione non idem ac electricum.

II.

Respirationis phaenomena essentialia per Physicam et Chemiam explicari nequeunt:

III.

Minus etiam secretiones.

IV.

Vis propellens, capillaribus propria, minus valet, quam potentiae retardantes.

V.

Vomitus a ventriculi actione modo non pendet.

VI.

Conimbricae aqua fontana sanitati non valde convenit.

VII.

In curandis inguinalibus herniis *funda* semper adhibenda.

VIII.

In curandis vulneribus intestinorum longitudinalibus, quae pollicem non attingunt, praeferenda Palfyniana sutura.

IX.

Cum post partum adhaeret placenta, omnia ut plurimum naturae committenda.

Ex Materia Medica et Pharmacia, Pathologia generali, et Chirurgica.

I.

MEdicamentorum effecta therapeutica classificationis genericae fundamentum esse nequeunt.

II.

Narcotica medicamentorum vis in nervorum centra per sanguinem advenit.

III.

Opium nervos sedat;

IV.

Et vasa sanguinis excitat.

V.

Peruvianae corticis virtus antiperiodica per tonicitatem minime explicatur.

VI.

Ad obtinendum chloroformium Soubeirana methodus Liebiganae praeferenda.

VII.

Crusta pleuritica pro causis variis apparet.

VIII.

Pyogenia pathologica secretio.

IX.

Haemorrhagiae suppressio in vulneribus cranii contusis ut plurimum nocet.

Ex Pathologia et Therapeutica Medica, Medicina Forensi, Publica Hygieina, et Hippocratica doctrina.

I.

FEbres essentiales exstant;

II.

Et in illis sanguinis mutatio:

III.

Sic etiam in chlorosi propria sanguinis dyscrasia.

IV.

Pulmonaria tubercula sunt producta anorganica:

V.

Quod cum ita sit, eorum de ſormatione doctrinam Rocheanam admittimus.

VI.

In phthisi tuberculosa confirmata irrita curationis spes.

VII.

Inter pustulam malignam et carbunculum discrimen therapiae non valde prodest;

VIII.

Itidem inter eczema et ecthyma.

IX.

Cholera-morbus non vera gastro-enteritis;

X.

Nec contagiosus videtur.

XI.

Diabetis natura valde incognita; sed Joannis Frank circa illam opinio prae aliis plausibilior.

XII.

Syphiliticum virus unum.

XIII.

Diagnosis endocarditis obscura, si non impossibilis.

XIV.

In curando rheumatismo nitrum valde utile.

XV.

Comprobandae mortis per strangulationem nulla sunt necessaria signa.

XVI.

Infanticidium nec semper per anatomicam inspectionem patet.

XVII.

Conimbricae mons nomine *Conchada* ad sepulcretum constituendum nobis convenire videtur.

XVIII.

Sect. I. Aphor. 19. His, qui per circuitus, etc.
— III. —— 11. De temporibus, si quidem hiems, etc.
— — —— 17. Quotidianae autem constitutiones, etc.
— V. —— 12. Quibuscumque tabe laborantibus, etc.

CONIMBRICAE. Typis Academicis. — MDCCCXLVIII.

2 020000 048572 0200